

Band XI., Nr. 5285, Seite 249-250

König Albrecht bestätigt dem Kloster Schöntal die ihm von König Heinrich VII. verliehene Abgabefreiheit.

Oppenheim, 1299. Juni 8.

Albertus dei gratia Romanorum rex semper augustus omnibus imperpetuum. Totiens regie celsitudinis sceptrum extollitur altius et ipsius status a domino [a] quo datur omnis potestas felicius gubernatur, quotiens loca divino cultui dedita benigna consideratione reguntur et ad ipsorum libertates servandas et facultates augendas gratiosa protectio principis invenitur. Noverit igitur presens etas et successura posteritas, quod nos privilegium clare recordationis Heinrici Romanorum regis predecessoris nostri nobis exhibitum vidimus et inspeximus sub hac forma conscriptum. In nomine *u. s. w.*

Es folgt die unter 1226 September 7 gedruckte Urkunde Nr. 716, WUB, Bd. III, S. 198-199, Nr. 716.

Nos igitur eorum devotis supplicationibus favorabiliter inclinati predictum privilegium et omnia in ipso contenta ad instar dive recordationis domini Rudolphi Romanorum regis predecessoris et genitoris nostri karissimi de benignitate regia confirmamus innovamus et presentis scripti patrocinio communimus. Hoc tamen articulo declarationis adiecto, ut de illis tantum bonis, que prius quam ad manus fratrum devenirent supradictorum alicuius servitii seu precarie [onere gravata non erant, nulla servitia seu precarie]¹ penitus exigantur aliis oneratis cum suo onere transeuntibus ad eosdem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre confirmationis et innovationis paginam infringere aut ei in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui facere presumpserit gravem nostre maiestatis offensam se noverit incurrisse. In cuius rei testimonium presentem litteram maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum apud Oppenheim, VI. idus Junii, indictione XII., anno domini MCC nonagesimo nono, regni vero nostri anno primo.

Textabdruck folgt dem Original.

Das an roten und gelben Seidefäden befestigt gewesene Siegel fehlt.

¹Die Worte sind im Orig. ausgefallen; sie sind ergänzt nach der Urkunde K. Rudolfs von 1274 Nov. 29, WUB, Bd. VII, S. 337, Nr. 2458.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 51 U 164

Editionen:

Böhmer: Acta imperii selecta, 543.

Regesten:

Regesta Imperii Kaiserreich, S. 212, Nr. 185.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Oppenheim

Aussteller:

Albrecht I.; König, Herzog von Österreich

Ortsindex:

Bayern

Büdingen, FB

Donauwörth, DON

Eichstätt, EI

Hohentrüdingen, Heidenheim, WUG

Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)

Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN

Neudeck Wohnplatz (2340)

Neudeck, Langenbrettach, HN

Nürnberg, N

Oppenheim, MZ

III

Rothenburg ob der Tauber, AN
Speckfeld, Markt Einersheim, KT
Wimpfen am Berg Wohnplatz (1852)
Wimpfen am Berg, Bad Wimpfen, HN
Wörth an der Donau, R
Würzburg, WÜ